UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Marcilla pedisequa marthe. Cap[itulum]. clij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

nium dolorem patiens : cum ad eius tumulum liberatus fuiſſet: eccleſiam et locum dotauit: ⁊ trium miliariorum ſpatio in gyro predia cūcta eidem conceſſit.

¶ De ſancta Marcilla pediſequa marthe. Cap̄. clij.

Marcilla marthe pediſeq̄ fuit. Hec mulier illa fuiſſe perhibetur: que luce. xi. cap̄. Extollens vocem de turba: ventrem qui chriſtum portauit: ⁊ vbera q̄ illum lactauerunt: beatificare promeruit. Hec cum ipſa domina ſua a iudeorū finibus expulſa: ⁊ cum alijs diſcipulis: vt ſuperius actū eſt: maſſiliam deuenit: ipſam vſq̄ ad eius obitum non dimiſit: ipſiuſq̄ vitam et geſta conſcripſit: que poſt eius vite finem in ſclauoniam pergēs ⁊ ibidem xp̄i euangelium predicans poſt decimum annū a dormitatione marthe in pace quieuit: corpus eius aquis tranſlatū iuxta corpora beate marie magdalene ⁊ ſancti Maximini: ac ſancti cedonij ſepultum eſt: vt ſupra dictum eſt in geſtis maximini epi. iiij. idus iunij.

¶ De ſancto ſimplicio fauſtino ⁊ beatrice martyribꝰ. Cap̄. cliij.

Simpliciꝰ ⁊ fauſtinus: atq̄ beatrix ſub diocletiano imperatore paſſi ſunt in vrbe roma. Qui diocletianus predictos duos germanos detētos multiſq̄ ſuplicijs effectos : iuſſit pro chriſti nomine decollari: ⁊ corpora per pōtem lapideū in tyberim iactari. Qui dei nutu inuenta ſunt in loco qui vocat̄ ſextū philippi via portuēſi. q̄ ſctā beatrix coꝝ quondā germana collegit : et cū ſanctis criſpo ⁊ iohāne p̄ſbyteris in ipo loco ſepeliuit. Et exinde apud ſanctā lucinā morabat̄. Cū aūt lucretiꝰ imꝑatoris vicarius ambiret ꝑdiū quoddā ipius beatricis ꝑdio ſuo vicinū occaſiōe repta eā teneri fecit: ⁊ dijs immolare ꝑcepit. Quā renuentē carceri mancipauit: deinde noctu a ſeruis ſuis eā ꝑfocari mādauit. Cuiꝰ corpꝰ lucina rapiēs iuxta germanoꝝ corpora ſepeliuit. Qui paſſi ſunt. iiij. kal'. auguſti. ¶ Poſt hec lucretiꝰ prediū beatricis intrauit: vbi facto amicis ſuis cōuiuio martyribꝰ inſultabat. Infantulus ſo lactēs pānis inuolutꝰ de gremio matris que ibi aderat exclamauit. Audi lucreti: occidiſti ⁊ inuaſiſti : ecce datus es in poſſeſſionē inimici. Statimq̄ lucretiꝰ tremēs a demone arripit̄: ⁊ ꝑ tres horas adeo vexatus eſt: vt in ipſo cōuiuio moreretur. Quod aſtantes videntes conuerſi ſunt. Paſſi ſunt autē circa annum domini. cclxxxvij.

¶ De ſancto felice papa. ij. ⁊ mar. Cap̄. cliiij.

Felix papa ⁊ martyr huius nominis. ij. natiōe romanꝰ ex patre anaſtaſio: liberio pape i ep̄atu romano ſucceſſit: ſeditq̄ annū vnū. Hic fuit catholicus vir: ⁊ conſtituit vt ep̄s vocatꝰ ad cōcilium veniat. Huius predeceſſor liberius cū nollet arriane hereſi cōſentire miſſus eſt in exiliū a cōſtantio auguſto filio cōſtantini: et ibi ꝑ trienniū moratus eſt. Quapropter vniuerſus clerus ⁊ populus romanus loco eiꝰ felicē ordinauerūt. Qui quidē felix concilio cōuocato corā. xlviij. epis: conſtantiū imꝑatorē: arrianū hereticū: ⁊ duos p̄ſbyteros ei fauētes: ſcꝫ vrſatiū ⁊ valentē condemnauit: ꝓ eo videlꝫ: qꝛ idē cōſtātius in hereſim arrianoꝝ ꝓlabens ab euſebio nicomedienſi ep̄o fuerat rebaptizatꝰ. Qui vrſatius ⁊ valens: poſt dies aliq̄t rogauerūt ꝯſtātiū: vt liberiū de exilio reuocaret: vt vna tm̄ participatiōe cōicarent. Quoꝝ ſuaſionibꝰ auguſtus inductus: ⁊ qꝛ felix eū dānaſſet indignatꝰ: felicē de ep̄atu ſuo eiecit: ⁊ liberiū eo pacto reuocauit: vt ſibi ⁊ alijs q̄s dānauerat cōicaret : liberiꝰ igit̄ in heretica prauitate ꝯſenſit exilij tedio affectus. Et ſic in tantū ꝑſecutio excreuit : vt q̄plurimi p̄ſbyteri ⁊ clerici liberio non ꝓhibēte intra eccleſias necarent̄. Tenuitq̄ liberiꝰ potētialiter baſilicas apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli: ⁊ cōſtantinianā annos vij. Felix ſo de ep̄atu electus habitabat in predio ſuo via portuēſi. Inde ab hereticis poſt annos. vij. ad vrbē tractꝰ martyriū capitis obtruncatione ꝓmeruit. Et ſepultꝰ eſt in baſilica quā ipe cōſtruxerat via aurelia. iiij. kal'. augu. circa annū dn̄i. ccclx. Et ceſſauit ep̄atꝰ vſq̄ ad obitū liberij. Nā dies felicis oēs ſub tp̄e liberij computātur propter occaſiones memoratas.

¶ De ſancto Felice papa. iiij. confeſ. Cap̄. clv.

Felix papa huius nois. iiij. natione ſamniꝰ ex patre cōſtantino. Iohanni pape primo in pontificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos. iiij. menſes. ij. dies xiij. Hic conſtituit vt infirmi an̄ coꝝ trāſitū oleo ſctō inungerent̄. Hic patriarchā cōſtātinopolitanū arriane hereſi maculatū excōicauit ⁊ hereſiarchā dānauit. Et poſtq̄ i oī ſctitate fidē ap̄licā feliciter gubernauit: ſ virtutibꝰ fulgēs ad xp̄m migrauit. Et ſepultꝰ iacet apō ſctm̄ petrū ap̄lm. Et ceſſauit ep̄atꝰ mēſeꝫ. i. ⁊ dies. xv.

¶ De ſancto Lupo epiſcopo. Cap̄. clvi.